

Novos eximios honores viro  
juveni, omni liberali  
doctorina instructissimo  
d...

Banck, Jacobus

*1 Ic 1679 Hahn, ?Petrus Olai*



National Library  
of Sweden

8 15

8



NOVOS EXIMIOS HONORES  
 VIRO JUVENI,  
 OMNI LIBERALI DOCTRINA INSTRUCTIS-  
 SIMO DOCTISSIMO QV8

DN. P E T R O O L A I  
 H A H N /

PHILOSOPHÆ CANDIDATO MERITISSIMO,  
 PRÆCEPTORI SUO FIDELISSIMO;

DUM INTER RELI QVOS CANDIDATOS LAUREAM  
 ET INSIGNIA MAGISTERII PHILOPHICI  
 INDIPISCRETUR DIE 27. Novemb.  
 ANNI M DC LXXIX.

Devotâ & prolixâ mente utut crassiori Minervâ  
 L. M:qve gratulatur.

A B O Æ,

Imprimébat JOHANNES Winter.  
 Anno 1679.



1679



Citè non minus quam eleganter alicubi dixit florentissimus ille scriptor Curtius: *Nihil tam altè natura constituit quo non virtus possit eniti.* Bellica fortitudo Militum Alexandri Magni, summo cum tremore. Barbarum Gentium, toti ferè innotuit orbi.


Quam pernices prompti ac alacres fuerint ad pervadendos muros turritarum urbium, ad expugnanda & occupanda munitissima oppida pene humanis viribus inextuperabilia; ad demoliendas ac solo æquandas ædes, in quibus exædificandis, humana industria totum ferè seculi spatium occupata fuerat prolixè satis floridissimo stylo describit idem Curtius. Sic igitur firmitudo animi cum corporis robore conjuncta, multa præclara facinora edidit, & quidem adeo insignia ut eadem æternis monumentis, ac fastis ad posteritatis memoriam inscribi mereantur. Multò magis literarum gloria in celebritate ac æstimo versabitur, juxta illud Ciceronis: *Cedant arma Togæ, concedat laurea lingvæ.* Bonarum namq; artium pertinaci ac sedula tractatione, non urbes solum communitas capimus, sed etiam ipsa cœli munimenta pervadimus ac perreptamus, dicente Seneca. Man-

sve-

svetiorum certè Musarum studia nos non modo ad En-  
tis infiniti cognitionem perducunt; Sed & quæcunqve  
in augustissimo hoc mundi rheatro continentur, nobis  
contemplanda, consideranda atqve rimanda exhibent.  
Non dubium igitur est quin Pallas Marti sit anteposenda  
quin Musæ Bellonæ antestent, quin literarum assiduè  
cultores, ferocis gradivi satellitibus palmam præripi-  
ant. In eorum numerum referendus venis pereximie  
Dn. Candidate, Præceptor honoratissime, qui inde a  
primis pueritiæ annis ad Minervæ aram sacramentum  
dixerunt. Quam fideliter, quamqve vigili cura Musis  
operatus es, præclarinoverunt Academia nostræ Megi-  
stanes, Ephori ac Præceptores, qui, postquam examina  
Philosophiæ Candidatis adeunda, subieris, te condignum  
judicarunt cui ob exantlatos labores, ob molestias de-  
voratas, ob difficultates exsuperatas, ob deniqve insignia  
in literario studio edita specimina, laurea Philosophica  
deferretur. Accipito igitur felici sidere bonoqve omi-  
ne, Tiarâ, corollam, annulum & cætera virtutis seduli-  
tæqve tuæ brabea. Ingredere honoris templum quod  
tibi referat non invita Pallas. Titulo Magistri lætus per-  
fruere in gloriam Dei, in patriæ, in rei literariæ emo-  
lumentum, in tuum ipsius perpetuum decus ac orna-  
mentum. Salve plurimum Magister Clarissime! Me  
discipulorum tuorum tui oservantissimum, Tibi rogo,  
habeas quam commendatissimum. Bene & longum  
Vale!



Monſieur,

 a ville de Rome eſtoit en fleur quand le ſervice Di-  
vin fut continué per les vieux Romains, et toutes  
ſortes des Exercices y avoient une juſte eſtime; a-  
lors deux temples remarquables ſe trouverent a-  
vec leurs bons conſils & intentions. Le premier eſtoit de-  
dié a la Deeſſe de toutes bonnes vertus, le ſeconde qui fut  
auſſi bâti avec une particuliere artifice, eſtoit fait a l'honneur  
de Deeſſe à toutes dignites & autorite, le meſme temple fut  
bâti par cette maniere, que le temple d'honneur fut mis par  
quelque diſtance de l'autre des vertus, pourtant celuy qui  
a voit envie de venir & contempler la beaute du temple d'  
honneur, il trouvaune neceſſité d'entrer le temple des vertus,  
puis que une porte ſeulement y eſtoit, par la quelle chacun  
devoit aller. Ainſy ceux doivent travailler qui ont pris la re-  
ſolution a vaincre le mepris & obtenir les honneurs; car ſans  
ce moyen il eſt impoſſible de trouver a fin, & rien eſt plus en  
ce monde que de ſouffrir du mal pour recevoir du bien. Tout  
cela ſ'appartient a vous Monſieur mon chere Precepteur,  
vous qui avez fort bien employe voſtre temps, & par voſtre  
diligence vous trouvez en cette Univerſite un agreable fruit  
& contentement. Je ne puis donc manquer a vous teſ-  
moigner ma grande joye de vos honneurs bien merites. Sou-  
haitant ſeulement pour la fin d'eſtre participant de voſtre  
agreable converſation pour l'avenir comme cy devant. Af-  
ſeurez vous que je ſuis & ſeray ſelon vos bons qualitez  
Monſieur

Votre

plus fidell diſciple

JACQUES BANCK